



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Lilium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

lent odora menta. Unde Paulus, *Christi bonus odor sumus*. Et quod unguentum in Aaronis Pontifice A barbam difflebat, bonæ index est famæ, quam sibi sacerdos quilibet comparare debet. Et pro martyribus hieroglyphicè poni rosas à rubore sanguinis, ait Eucherius.

## DE LILIO. CAP. IX.

Florum  
prærogati-  
va.

UT vero coronam ipsam nostram elegantius contexamus: purpureis aderunt lilia mista rosæ. Sciendum autem in primis, unumquemque florem hieroglyphicum esse spei. Nam si spes, ut Speusippus Platonius fuit, est expectatio boni; velut è converso, metus, animi concussio in expectatione mali: sique floribus inspectis, usum inde fructuum sperare solemus, nulli dubium erit quin flos sit futuri boni prænunciatus, & frugem paulo post succrescentem pollicetur. Nam & Theophrastus ait per florem, ubi prævius apparuerit, in frugis inde nos spem surrigi. Sed quam vis sit hæc florum omnium prærogativa, ut nos bene sperare jubeant, unus tamen præcipuus, quippe liliū, uno omnium consensu hieroglyphici hujus primas obtinet. Hic in antiquorum monumentis cum in

Numismat.

Alex. Pii

Imp. A-

miliani,

Impe.

Claud.

August.

Hadriani

August.

Æneid. l. 6.

numo Imper. Alexandri Pii Aug. ab altera facie Dea liliū dextera prætendit, cujus inscriptio est, SPES PUBLICA. Eadem inscriptio cum lilio manu Dæ prætento in Imper. Æmiliani numis habetur. Nusquam vero frequentius neque manifestius hæc liliū facies pro spe ponitur, quam in Imper. Claudii. P. T. Aug. numis, quorum vis magna proximis annis in Bellunensi agro effossa est, in quibus Dea ipsa pallam læva sustinet, dextera liliū prætendit, cum inscriptione, SPES PUBLICA. Et in Tib. Claudii numis eodem gestu Dea, palla quippe sublata, liliū; dextera prætendit, cum literis, SPES AUGUSTA. Eodem statu habitūque in Hadriani numo dea liliū prætendit cum inscriptione, SPES P. R. Ac ne ratio sit horum multiplicitas & numerus, hieroglyphici hujus non ignarus Marto noster, cum spem de Marcello conceptam significare vellet, tacita quadam ad clarissimum illum allusione, eruditius sane quam fronte prima pollicetur, hæc scripsit:

*Nec puer liliæa quisquam de gente Latinos*

*In tantum spe tollet avos, nec Romula quondam*

*Ulo se tantum tellus jactabit alumno:*

Ibidem.

& quæ sequuntur usque ad versum illum:

*--- & quæ fata spera rumpas.*

*Tu Marcellus eris: manibus datæ liliæ plenis.*

Lilia postulat Anchisæ, quibus donis nepotis animam cumulet, ut inde præceptam iri spem publicam populi Romani, prout ex superioribus numis ostensum, indicaret. Hinc Flæcus cum spes postulat sæpe fallere animadvertisset, indolisque bona de manibus sæpe rapi conspexisset, postquam vivax apiam dixit, breve mox liliū subjecit.

## CHRISTUS, ANGELI. CAP. X.

Caute.

c. 2.

Hinc lex

Salica his-

teroglyphicè.

Liliū na-

tura.

IN Divinis literis libum, præcipuè album, nunc Christi, nunc Angelorum hieroglyphicum est. à candore quippe justitiæ, ad quod spectasse voluit Salomonem, cum dixit: *Flos campæ, & lilium D convallium*. Hilarius in Mattheo, præcipuum Angelorum hieroglyphicum ponit lilia, de quibus dictum Evangelio, *Non laborant, neque videntur*, quibus scilicet extra humanæ scientiæ eruditionem, laboratum operis mercedem, à Deo gloriæ candor indultus atque indutus est, ne quid ex principio labore & ære existimarentur habuisse. Ea autem est liliū germinis natura, ut cælestibus Angelorum substantiis aptissimè comparetur: hoc enim efflorescens, cum à stirpe detentæ: humi radicis avellitur, nature suæ virtutem, licet aruisse videatur, occultat, & redeunte tempore rursum liliū sui honore vestitur. Ex se igitur reflorescit, sibi que redditur: quod sit, quod vigeat, nec radici nec terræ debet, cum ille qui se suggerit succus ex se dimanet & suffundatur, atque ita annuæ hujus viriditatis exemplo, virtutem cælestis substantiæ æmulatur, cum tamen ex eo tantum quod intra se divinitus acceptam habet